



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

LXXIX. Sanctæ Inqvisitionis. Feria v. Die 31. Maij 1663.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

rum signatum, & munitum fuit. *Datum Romæ, in Palatio Apostolico Quirinali, die 20. Nouembris anno 1663.*

M. Episc. Sabinen. Card. Ginetti Præfectus.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congregationis Secretarius.

Loco † sigilli.

LXXIX.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria v. Die 31. Maij 1663.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habito in Palatio Apostolico apud S. Mariam Maiorem, coram Sanctissimo D. N. D.

ALEXANDRO Diuina prouidentia Papa VII. ac Eminentiss.

& Reuerendiss. DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,

in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem

Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apo-

stolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. prædictus, auditis votis eorum Dominorum Cardinalium, censuit infra scriptos Libros, ut pluribus erroribus, ac hæresibus feantes, ne ex eorum lectione in perniciem Fidei, & Reipublicæ Christianæ fideles inficiantur, damnandos, & prohibendos esse, prout eos præsentis Decreto damnat, & prohibet, vbicumque quouis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps cuiuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, & specialissima nota dignus, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, illos apud se retinere, & legere audeat, & sub eisdem pœnis, quicumque illos habent, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decretij notitia exhibere teneantur. *Tituli Librorum.*

Manuale Catholicorum, hodiernis Controuersijs amicè componendis maximè necessarium; Authore Alethophilo Charitopolitano; Impressum Charitopoli, anno 1663.

Execlis scientiæ requisitæ in Theologo ad Censuras sententijs Theologicis inferendas, oblata Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus Congregationis Sanctæ Inquisitionis, à Thoma Anglo ex Albijs East Saxonum 1662.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † Sigilli.

LXXX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra scriptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eum impofterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus *sen* locorum Ordinarijs, à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis. *Liber est.*

Ioannis Caramuelis Apologema pro antiquissima, & vniuersalissima Doctrina de-
mm 3 probabi-